



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

21 De excommunicationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

cilio Nicæno) cum Fortunatiano Aquilegiensi & Vincetio de Capua. In concilio Franckfordensi ad Menam, legati sedis apostolicę præsidetes, fuerunt Theophylactus & Stephanus episcopi, quando hæresis Felicianæ fuit damnata, quę vsum imaginum in ecclesia prohibebat. Fusi-
us ista reperies in libro nostro de primatu Petri lib. 3. cap. 19.

DE EXCOMMUNI-
cationibus. XXI.

Potestatem excommunicandi instituit Christus, loquens de fraterna correctiõne, post alia inquit: Dic ecclesiæ. Si autem ecclesiã non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Mat. 18

Patet hic manifeste excommunicationem fieri auctoritate Christi, maxime ex his subiungit dicens, Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis super terram (glos. i. vinculo anathematis) erunt ligata & in cælo
Vbi

DE EXCOMMUNI-

Vbi dicit Chrysoſt. Vide qualiter duplicibus colligauit neceſſitatibus & pœna quę hic eſt, ſcilicet proiectione ab eccleſia. Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus, & ſupplicio futuro, quod eſt eſſe ligatum in cœlo.

Aug. habetur. 11. q. 3. ca. Nihil.

Auguſtinus ſuper Ioan. Nihil debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum eius, Si nõ eſt membrum eius, non vegetatur ſpiritu eius.

Rom. 8

Quisquis autem, inquit Apoſtolus, ſpiritum dei non habet, hic non eſt eius.

Hieronymus. Quorum remiſeritis peccata &c. retenta erunt, id eſt quibus interdixeritis eccleſiã, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, & ipsis ianua regni cœleſtis clauſa erit.

1. Cor. 5

Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam indicaui vt præſens, eum qui ſic operatus eſt, in
nomi

nomine domini Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute domini Iesu, tradere huiusmodi Satane in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.

Vbi scito quod in primitiua ecclesia quādo oportebat per signa homines ad fidem inuitare, sicut spiritus sancti donum, visibili signo manifestabatur, ita & excommunicatio corporali vexatione à diabolo innotescebat. Augustinus de verbis Apostoli sermo. 68. Omnis Christianus dilectissimi, qui à sacerdotibus excommunicatur Satane traditur. Quomodo? quia scilicet extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia Christus, ac per hoc quasi diabolo traditur qui ab ecclesiastica communiōe remouetur. Vnde illos quos tunc Apostolus satanæ esse traditos prædicat excommunicatos à se esse demonstrat.

D. 5. 5. dif.
18. 9. 1. 2. 17
9. 2. 2

Vide

DE EXCOMMVNI-

Vide quàm mala sit excommunica-
tio, q̄ in parasceue ecclesia pro lu-
deis & paganis orat, sed non pro ex-
communicatis.

1. Tim. 1 Quidam circa ñdem naufragaue-
rūt, ex quibus est Hymeneus & Ale-
xan, quos tradidi satanę, vt discant
non blasphemare.

1. Cor. 4 Huius potestatis meminit Paulus
In virga veniam ad vos: an in cha-
ritate & spiritu mansuetudinis?

2. Cor. 13 Ideo hic absens scribo, vt non prę-
sens durius agam, secūdem potesta-
tem, quam dominus dedit mihi in
ædificationem & non in destructio-
nem.

1. Cor. 16 Si quis non amat dominum no-
strum Iesum Christum, sit anathe-
ma maranatha. i. in aduentu do-
mini.

2. Thess. 3 Quod si quis non obedierit ver-
bo nostro per epistolam, hunc nota-
te, & non commisceamini cum illo
Act. 5 vt confundatur + Petrus Ananiã &
Saph

Saphiram pro defraudatione precij
 agrinon solum excommunicauit,
 sed sententia mortis damnauit. Ex
 quo patet, quod ecclesie licet pro te
 poralibus danis excōmunicare.

Augustinus in quæstionibus vet. Aug. q. 399
 testa. Hoc iam in ecclesia dei agit ex sup. Deute
 communicatio, quod in veteri lege
 fuisse legitur interfectio.

Orige. Non solum per apostolos
 suos deus tradidit delinquentes in
 manus inimicorum, sed & per eos, Iudicium
 qui ecclesie president, & potestatem homil. 2
 habent non solum soluendi, sed &
 ligandi, tradunt peccatores in inte
 ritum carnis, quū pro delictis suis à
 corpore Christi separatur, prosequi
 tur postea, quomodo homines dupli
 citer traduntur in potestatem diaboli.

Ambros. super Psalms: loquens Serm. 8
 de excommunicatione subdit. Re
 cte ergo sacerdos vulnus, ne latius
 serpat, à toto corpore ecclesie,
 quasi bonus medicus, debet abscin
 dere

R

DE EXCOMMUNI-

dere, & prodere virus criminis quod
latet.

Joan. ca. Si quis venit ad vos, & hanc do-
vnico & trinam nō affert, ne recipiatis eum
in domum, nec aue ei dixeritis, qui
enim dicit illi aue, communicat ope-
ribus eius malignis.

Cor. 5 Scripsi vobis non commisceri for-
nicarijs, auaris, aut rapacibus, aut
idolis seruientibus, infra: cum eius-
modi nec cibum sumere, ecce excō-
municatio.

Tit. 3 Hæreticum hominem post vnam,
& secundam monitionem deuita.
Hic habes hæreticos fore excommu-
nicatos.

¶ Obijcit hæreticus.

1 Excommunicatio non est pœna,
sed vna declaratio, quia quilibet per
peccatum excommunicat seipsum,
& postea iudex declarat illum esse
excommunicatum.

2 Excōmunicatio est medicinalis,
libr. 6, de sen. excōmu. cap. cum me-
dici-

dicinalis. Ideo non est timenda, sed amanda.

¶ Respondet catholicus.

¶ Præmissum Tilmanni.

Pro huius argumēti solutionis intellectu scito, quod excommunicatio est separatio à communione ecclesiæ, quo ad fructum, & suffragia generalia. In primo importatur separatio à sacramentis. In secundo vero separatio à communione fidelium quantum ad spiritualia. Vel dicitur, quod excommunicatio est à qualibet licita communione fidelium separatio. Triplex autem est fidelium communio. Vna extrinseca in simul orando in ecclesia, in missis, & officijs divinis, & in huius communicationis priuatione non solum consistit excommunicatio. Alia est intrinseca per charitatem vniētem Christi membra per fidem formatam capiti Christo, & reliquis eius membris, de qua dicit Psalmus: Particeps ego sum omnium
 R. 2 timen-

De primo

Psalmus

DE EXCOMMUNI-

rimentionum te. Et hanc tollit peccatum, & non excommunicatio. Tertia est communio extrinseca simul & intrinseca, secundum communia suffragia quæ in ecclesia ab institutione ecclesiæ fiunt, vt in missis & alijs orationibus, de qua dicitur in symbolo sanctorum communionem. Et hanc tollit excommunicatio, & supponit ablatam cõmunionem sanctorum per charitatẽ. Nunc respondetur quod excommunicatio est pœna inflicta vel à iure vel ab homine, & non solum declaratio pœnæ: namclare beatus Paulus indicat Corinthium non traditum diabolo, sed tradendũ. Porro quod inquit, quemlibet per peccatum seipsum excommunicare, verum est excommunicatione minori, sed illa licet priuet hominem gratia diuina, tamen adhuc manet peccator vnitus ecclesiæ, & mystico corpori ecclesię coniunctus tanquam membrum aridum: at in

EXCOM-

excommunicatione maiori præscim-
ditur de corpore. Non quod omni-
no non sit de ecclesia, quia quandiu
tenet veram fidem, est in ecclesia,
sed quia priuatur participatione suf-
fragiorum ecclesiæ, quod competit
homini, vel ex vi charitatis, vel ex
intentione ecclesiæ, generaliter vo-
lentis sua merita omnibus membris
non præcisus conuenire.

Et illius geminæ excommunica-
tionis meminit Origenes, in illa ho-
milia secunda Iudicum. Præterea si
etiã per peccatũ quis se traderet dia-
bolo, tamen per sententiam ab ho-
mine, vel à iure latam, diabolus ad-
huc maiorem in eo accipit potesta-
tem, liquet de Iuda, quem primo in-
uasit diabolus quum iam cogitasset
tradere Christum. Intrauit autem Luc. 22
sathanas in Iudã (ait Lucas) & abiit
& loquutus est cum principibus sa-
cerdotum, &c. Et Ioannes ait: Ioan. 14
Quum diabolus misisset in cor, vt traderet

R. 3 eum

DE BELLO

eum Iudas Simonis Iscariotes, & tamen postea adhuc magis intrauit, & possedit eum diabolus, eodē Iōā dicēte: Et cū intinxisset panē, dedit Iudæ Simonis Iscarioth, & post buccellam introiuit in eum satanas.

De secūdo

Excommunicatio est medicinalis, verum si non contemnatur, nam ex fide dicitur medicinalis, quia ordinatur in hunc finem, quod ille resipiscat, & pœniteat, ac satisfaciat Ecclesiæ: nullus autē amabit excommunicationem, nisi qui obstinatus magis vult tradi satanæ, quàm seruire Christo, & ab ecclesia haberi sicut ethnicus & publicanus: vnde Greg. dicit: Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est, Tantum abest, vt sit amanda.

DE BELLO IN Turcas. XXII.

Sub existente rationabili causa, belligerare possunt Christiani, in Turcas & hæreticos.

Inter.